Bibliothèque numérique
medic@

Testamentum et pactiones initae inter Mohamedem et christinae fidei cultores

Parisiis, excudebat Antonius Vitray, linguarum orientalium, regis typographus, 1630.
Cote : 7231

PARIS biu Santé

Licence ouverte. - Exemplaire numérisé: BIU Santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?07231x02

2.

العهد والشروط التى شرطها محمد
رسول الله لاهل الملة
النصرانية

TESTAMENTVM
ET PACTIONES
INITÆ INTER
MOHAMEDEM
ET CHRISTIANÆ
fidei cultores.

PARISIIS,
Excudebat ANTONIVS VITRAY, Linguarum
Orientalium, Regis Typographus. In
Collegio Longobardorum.

M. D. C. XXX.



TYPOGRAPHVS LECTORI.

CVm liberalitate eximia generosi illius viri D. Le Iay, Typographeium iam habeam Arabicis, Syriacis, Samaritanis, alÿsque id genus characteribus elegantißimis instructum; placuit dum apparo grauiora, hoc tentamento præludere. Tentamentum dixi; Testamentum est, quo Mohamedes Christianis fauet. Res, vt spero, & Literatis non iniucunda cognitu, & pleriſque Christianorum in Oriente degentium non inutilis futura. Copiam illius Europæ fecit Religioſus Pater Pacificus Scaliger ex Capucinorum familia, qui dum in illis regionibus Fidei ſacræ propagandæ ſtudioſam nauat operam, fœlici id nanciſcitur caſu. Curauit autem vir Illuſtriſſ. & Literatorum aman-

Testamentum et pactiones initae inter Mohamedem et christinae fidei cultores - page 3 sur 32

tiſſ. D. Franciſcus Hotmanus, in ſuprema Pariſienſi Curia Senator integerrimus, vt donaretur latinitate ab egregio illo Gabriele Sionita linguarum Orientalium Profeſſore Regio, quem ipſe tanti meritò facit, vt illum ſibi in perpetuum contubernium adſciuerit. Quale itaque Teſtamentum eſt, talium virorum operâ exhibeo. Tu dum maiora à me exſpectas, gratum id habe, ac fruere.

TESTAMENTVM ET pactiones initæ inter Mohamedem Apostolum Dei, & Christianæ fidei cultores.

MOHAMEDES à Deo missus ad omnes homines erudiendos, eisque depositum Diuinum in veritate annuntiandum, scripsit hæc: vt causa Religionis Christianæ ab ipso Deo decisa maneret in omnibus terrarum partibus Orientalibus & Occidentalibus, tam apud indigenas, quàm extraneos, propinquos & remotos, notos atque ignotos. Cunctis hisce populis præsentem relinquo scripturam in fœdus inuiolabile, litem definitam, & legem qua & iustitia declaratur, & arctissima horum edicitur

Testamentum et pactiones initae inter Mohamedem et christinae fidei cultores - page 5 sur 32

obſeruantia. Igitur quicunque fidei Moſlemanicæ cultor iſta peragere neglexerit, & fœdus iſtic contentum violauerit, illudque more infidelium perfregerit, & quæ in ipſo præcipio tranſgreſſus fuerit: is Dei fœdus violat, pactum repellit, teſtamentum contemnit, ſiue Rex fuerit, ſiue alius quilibet fidelium & Moſlemanorum. Per hæc autem fœdera, quibus me adſtrinxi, quæque à me Chriſtiani tam meo, quàm omnium ſectatorum meorum Moſlemanorum nomine poſtulauerunt, vt ſcilicet inirem cum eis pactum Dei, & fœdus atque teſtamentum Prophetarum, Apoſtolorum, Electorum, & ſanctorum eius fidelium, & beatorum, anteceſſorum, & poſterorum. Per hoc, inquam, fœdus & teſtamentum meum (quod tanta religione cuſtodiri volo, quanta tenetur Propheta miſſus, aut Angelus maie-

ſtati proximus in Deum obedientia, legem & fœdus eius obſeruantia) polliceor me defenſurum iudicem eorum in prouinciis meis cum equitibus, peditibus, adiutoribus, & ſequacibus meis fidelibus: & eos vndique ab inimicis ſeruaturum, ſiue remoti fuerint, ſiue propinqui, tam in pace quàm bello, & ſecuros redditurum. Eccleſias eorum, templa, oratoria, monaſteria, & loca peregrinationis protecturum vbicunque ſitæ fuerint, in monte, aut valle, cauerna, aut domicilio, planitie, vel arena, vel ædificio. Religionem quoque & bona eorum defenſurum vbicunque fuerint, & quacunque in parte iacuerint, in terra, aut mari, oriente, ſiue occidente: quemadmodum cuſtodio meipſum, ſceptrum meum, & gentis meæ populos fideles atque Moſlemanos. Item ſuſcepturum eos ſub protectione mea ab omni læſione,

& vexatione, offenſa, & nocumento: nec non hoſtes omnes mihi & ipſis infenſos acerrimè oppugnaturum per meipſum, & aſſeclas atque fautores meos, & gentem meam. Quum enim illis præſim, oportet vt ſeruem & tuear eos ab omni aduerſitate, vt ne vlla eos attingat noxa, quin priùs tetigerit meos, qui pro iſto negotio confirmando laborabunt. Me etiam remoturum polliceor ab eis detrimenta quæ patiuntur confœderati ex mutuationibus & vectigalibus: ita vt nihil ſoluant, niſi quod eis libuerit, neque vlla quoad hoc inferatur illis moleſtia aut incommodum. Epiſcopus de Epiſcopatu ſuo non deturbabitur, neque Chriſtianus de fide Chriſtiana, neque Monachus de profeſſione ſua, neque peregrinus de peregrinatione ſua, neque Religioſus de cœnobio ſuo. Neve deſtruatur ædes ex ædibus Eccleſiarum

ſiarum eorum, nec vllo modo cedant in ædificium templorum aut ædium Moſlemanorum; nam ſi quis hoc fecerit, pactum Dei violat, Nuntio Dei refragatur, & teſtamentum Diuinum fraudat. Ne imponatur quidquam Monachis, neque Epiſcopis, neque vlli ex iis qui non tenentur pretium ſoluere, niſi conſenſerint. Et cenſus, qui exigetur à mercatoribus locupletibus, vnionum & margaritarum piſcatoribus, gemmarum, auri, & argenti foſſoribus, & Chriſticolis diuitibus atque opulentis, non excedet duodecim denarios annuos: ſi modò fuerint eius loci incolæ, & habitatores perpetui; Nam viatores & accolæ, & quorum incerta eſt patria, non tenentur ad vectigalia aut cenſum, niſi hæreditatem terræ poſſideant. Qui verò legitimè tenetur ad pecuniam imperatori ſoluendam, tribuet quantum cæteri, non

Testamentum et pactiones initae inter Mohamedem et christinae fidei cultores - page 9 sur 32

amplius: nec quicquam exigetur ab eo vltra facultatem & vires ipſius. Pari modo, qui debet pro terra, ædificiis eius, & prouentibus ipſius, ne onere-tur ſupra modum, neque maioribus grauetur tributis quàm alij eiuſdem generis tributarij. Non cogentur con-fœderati ad exeundum in prælium cum Moſlemanis contra hoſtes ad cer-tandum aut explorandas copias hoſti-les; non enim pertinet ad fœderatos belli negotia tractare: imò eo conſilio fœdus initum eſt cum ipſis, vt minimè vexentur; ſed potiùs Moſlemani vi-gilabunt, eiſque cauebunt. Ne ergo compellantur ad egrediendum cum Moſlemanis in pugnam & occurſum inimicorum, neque ad ſuppeditandos equos aut arma, niſi id vltrò præſtare voluerint; Ei autem, qui ſponte hoc egerit, beneficio tribuatur, & com-penſetur. Nemo Moſlemanorum Chri-

ſtianos infeſtet, nec niſi beneficiis cum iis certet ; ſed omni eos humanitate excipiat , & ab iis affligendis atque moleſtandis abſtineat , vbicunque locorum eos offenderit. Si quis Chriſtianorum culpam aut crimen aliquod patrauerit, Moſlemanorum officium erit opem ei ferre , illum coërcere , negotiari pro eo, ſpondere pro ipſius culpa , & infortunij cauſas componere. Dabitur ei facultas vitam ſuam redimendi , & non deſeretur, neque auxilio deſtituetur , quoniam pacto Diuino ita conueni cum eis , vt fruerentur quibus Moſlemani fruuntur, paterentur quæ ipſi patiuntur: & econtra , Moſlemani fruerentur quibus illi fruuntur, paterentur , quæ illi patiũtur. Iuxta fœdus quod debetur iuſtæ petitioni, & ſtudium in eius auctoritate confirmanda , tenemini arcere ab eis omnem calamitatem , & omnia be-

Testamentum et pactiones initae inter Mohamedem et christinae fidei cultores - page 11 sur 32

neuolentiæ officia in eos exercere, ita vt Moſlemani participent cum illis in proſperis & aduerſis. Caueant præterea ne vlla vtantur violentia in rebus ad matrimonium pertinentibus; videlicet, ne eos moleſtent, neque per vim inducant puellæ parentes ad eam matrimonio iungendam cum Moſlemanis. Nulla, inquam, afficiantur moleſtia, ſi ſponſum aut ſponſam recuſent; nam hoc omnino ſpontaneum eſſe debet, & à libera ipſorum voluntate atque beneplacito pendêre. Quòdſi contingat vt mulier Chriſtiana domum Moſlemani ingrediatur, tenetur ei libertatem in ſua religione concedere, vt ſcilicet Præſulibus ſuis obedire valeat, & fidei ſuæ documenta percipere ſine vllo impedimento : quapropter non excruciabit eam, repudium minitando, neque ad fidem deſerendam ſolicitando : ſique id patrauerit,

eamque in his moleſtauerit, pactum Dei poſthabuit, à fœdere Nuntij Dei rebellauit, & factus eſt de numero mendacium. Item quandocunque Chriſtiani Eccleſiam, aut cœnobium, aut aliud quiduis ad cultum ſuum pertinens reſtauraturi, opus habent Moſlemanorum munificentiâ aut adiumento ad eiuſmodi reparationem, debent eis largiri & ſubuenire pro viribus ſuis: non animo repetendi vt debitum, ſed gratis, in beneficium fidei illorum, & ad implendum fœdus Nuntij Dei, dono gratuito concedant, conſiderãtes obligationem qua tenentur erga pactũ Dei, & pactum Nuntij Dei. Ne vexent quemquam illorum, quum fuerit inter Moſlemanos: neve odio proſequantur illum, cogantque ad literas ferendas, aut iter indicandum, aut alio quouis modo angarient. Qui enim huiuſcemodi tyrannides in quempiam

Testamentum et pactiones initae inter Mohamedem et christinae fidei cultores - page 13 sur 32

exercuerit, oppreſſor eſt, & Nuntio Dei aduerſarius, atque eius præcepto refractarius. Hæc ſunt pacta conuenta inter Mohamedem Nuntium Dei & Chriſtianos. Conditiones autem, quarum obſeruantiâ fidem & conſcientiam illorum obſtringo, ſunt: Ne vllum vſpiam militem Moſlemanis aduerſum clam palámve foueant, aut ſuis domibus contutentur. Moſlemanorum hoſtes hoſpitio ne recipiant, & ſuis in regionibus aut ſacris ædibus morari ne patiantur. Ne contra Moſlemanos caſtris inimicis vires ſubminiſtrent; arma, equos, viros ſuppeditent, pignora accipiant, contractibus ſcriptiſque obligentur; ſed in locũ aliquem ſeſe recipiẽtes, ſeipſos tuebuntur, & pro vitæ atque religionis ſuæ defenſione pugnabunt. Moſlemano cuilibet, eiuſque iumentis tridui alimentum nullibi denegabunt, imò variabunt eis cibos,

quibus veſcentur. At ne his contenti, omnem ab eis angorem & moleſtiam arcere conabuntur: ita vt ſi quis Moſlemanus in domibus vel habitaculis eorum latitare fuerit compulſus, amanter eum tutentur, & calamitate, in qua afflictus iacet, eripiant: celantes eum, & inimico minimè reuelantes, ac ſic officij debitum perſoluentes. Qui aliquam ex his conditionibus violauerit, & ſecus faxit, priuabitur immunitatibus hoc Dei & Nuntij eius teſtamento cõtentis, neq; frui merebitur priuilegiis in fauorem Præſulum & Monachorum Chriſtianorum indultis, & Alcorani cultoribus edictis. Quare gentem meam conteſtor per Deum & Prophetam eius, vt hæc fideliter cuſtodiant & opere compleant vbicunque terrarum fuerint. Et Dei Nuntius rependet eis præmium pro iſtis, quorum obſeruantiam perpetuam, vſque ad extremam

iudicij diem, & mundi ſolutionem ſeriò commendat. Harum conditionum quas Mohamedes Nuntius Dei cum Chriſtianis pepigit, quaſque ipſis iniunxit, teſtes affuerunt

Abu-Bacri aſſadicq. Omar ben-alchatab.
Othman ben-Afan. Ali ben-abi-taleb.
Moauia ben-abi-Sofian. Abu-addarda.
Abu-adrin. Abu-horain.
Abdalla ben-Maſud. Abdalla ben-alabbas.
Hamza ben-abdi-Imottaleb. Fodail.
Zaido ben-thabet. Abdalla ben-zaid.
Harfus ben-zaid. Alzobair ben-alaüam.
Saad ben-moad. Thabet ben-cais.
Aſamet ben-zaid. Othman ben-matun.
Abdalla ben-omar-alaas. Aben-rabiaa.
Haſan ben-thabet. Giafar ben-abi-taleb.
Aben Alabbas. Talha ben-abdalla. Saad ben-abade.
Zaido ben-arcam. Sahal ben-baida.
Daud ben-giobair. Abu-alaalia.
Abu-ahrifa ben-oſair. Haſchem ben-aſſia.
Omar ben-iamin. Caab ben-malec.
Caab ben-caab. Qui omnes gratioſi ſint apud Deum.

Secretarius autem fuit Moauia ben-abi-Sofian, miles Nuntij Dei, die Lunæ vltima menſis quarti, anni quarti Hegiræ, in Medina. Remuneretur autem Deus omnes qui huic ſcripturæ ſunt atteſtati. Laus Deo domino creaturarum.

FINIS.

العهد والشروط التى شرطها محمد
رسول الله لاهل الملة
النصرانية

ختم في مدينة پاريس علي يد الحقير
انطون ويترايي
سنة الف ستمايه وثلاثين لسيدنا
يسوع المسيح



العهد والشروط التي شرطها محمد رسول الله لاهل الملة النصرانية

كتبه محمد رسول الله الي الناس كافة بشيرًا ونذيرًا علي وديعة الله في حقه لئلا يكون حجة الله بعد دين النصرانية في مشرق الارض ومغربها وفصيحها واعجمها وقريبها وبعيدها ومعروفها ومجهولها كتابا جعله لهم عهدًا مرعيا وسجلًا منشورًا وصيةً منه تقيم فيه عدله وذمّته لحفوظه فمن كان بالاسلام متمسكا ولما فيه متساهلًا من صنيعها ونكث العهد الذي فيها وخالفه الي غير المومنين وتعدي فيه ما امرت به

كان لعهد الله ناكثًا ولميثاقه نافيا وبذمته
مستهينا سلطان كان اوغير من المومنين
والمسلمين قبدلت باعطاء العهود علي
نفسي والمواثيق التي يسالوها عني وعن
جميع اهاليّ من المسلمين بان اعطيهم
عهد الله وميثاقه وذمة انبياية ورسله
واصفياية واولياية من المومنين والمسلمين
في الاولين والاخرين وذمتي وميثاقي اشدها
اخد الله علي نبي مرسلٍ او ملك مقرب من
حق الطاعة وايتاء الفريضة والوفا بعهد
الله ان احفظ قاضيهم في ثغوري بخيلي
ورجالي واعواني واتباعي من المومنين في كلّ
ناحيه من نواحي العدو بعيدًا كانوا ام قريبًا

سلما كانوا ام حربا وامنهم وادب عنهم وعن
كنايسهم وبيعهم ومصلاهم ومواضع الرهبان
منهم ومواطن السياحة حيث كانوا واين
وجدوا في جبل او واد او مغارة او عمران او
سهل او رمل او بناء وان احوط دينهم
وملكهم حيث كانوا واين وجدوا في برٍ او بحرٍ
في شرق او غربٍ بما احوط به نفسي وخاتمي
واهل ملتي من المومنين والمسلمين وان
ادخلهم في اماني من كل اذي ومكروه ومونة
وتبعة وان اكون من ورايهم دار عنهم كل
عدوٍ يردني واياهم بنفسي واتباعي واعواني
واهل ملتي وانا ذو سلطة عليهم وبذلك
يوجب علي رعيهم وحفظهم من كل

مكروه وان لايصل اليهم حتي يوصل الي
اصحابي الدابين عن نصيبة الامروان اعزل
عنهم الاذي في المواد التي تحمل اهل
العهد من العارية والخراج الّا ما طابت به
انفسهم ولايكن عليهم جبر ولا اكراه في ذلك
ولا ينفي اسقف عن اسقفيته ولا نصراني
عن نصرانيته ولا راهب عن رهبانيته ولا
سايح عن سياحته ولا راهب عن صومعته
ولا يهدم بيتًا من بيوت كنايسهم ولا يدخل
شي في بنا المساجد ولا في منازل المسلمين
فمن فعل ذلك فقد نكث عهد الله وخالف
رسول الله وخان ذمة الله وان لايحمل الرهبان
ولا الاساقفه ولا جميع من لم يلزم بثمنه الا ان

تطيب بذلك انفسهم ولا يجاوزوا الجزيه علي
اصحاب التجارات العظام والغواصين والذين
يخرجون معادن الجوهر والذهب والفضه
وذوي الاموال الجمة والقوة ممن ابتجل
النصرانيه اكثر من اثني عشر درهما في كل عام
اذا كانوا في الموضع قاطنين وبه مقيمين وانه
ليس لعابر سبيل وليس هو من قاطني
البلد ممن لايعرف موضعه الخراج ولا الجزيه
الا ان يكون في يده ميراث الارض ممن
يجب عليه مال السلطان من حق فيودي
ذلك علي ما يودي غيره ولاتجاوز عليه
ولايحمل منه الا مقدار طاقته وقوته وعلي
من يجوز من الارض وعمارتها واقبال ثمرها لا

يكلف شططا ولا يجازبه عن حد اصحاب
الخراج من نظرايه ولا يكلف اهل ذمة
الخروج مع الملا من المسلمين الي عدوهم
لملافات الحرب وكاشفة الاقران لانه ليس
علي اهل الذمة مباشرة القتال وانما اعطوا
الذمة علي ان لا يكلفوا وان يكونوا المسلمين
دبابون عنهم محرزون من دونهم ولا يكرهون
علي الخروج مع المسلمين الحرب التي
يلقون فيها عدوهم ولا بقوة من خيل وسلاح
الا ان يتبرعوا فيحمل علي ذلك من تبرع
به وعرف له ذلك وكفي عليه ولا يجبر احدا
ممن كان علي ملة النصرانيه من الاسلام كرها
ولا يجادل الا بالتي هي احسن ويخفض لهم

جنايح الرحمه ويكف عنهم الادي والمكروه
حيث كانوا واين وجدوا وان جرا احذا من
النصاري جريرة او جني جناية فعلي
المسلمين نصن ومنعه والدب عنه والغرم
عن جريرته والدخول في الصلح بينه وبين ما
اصاب منا عليه وامافداء يفادي به ولا يخدلوا
ولا يرفضوا بل اعطيتهم عهد الله علي ان
لهم ما للمسلمين وعليهم ما علي المسلمين
وللمسلمين ما لهم وعلي المسلمين ما عليهم
بالعهد الذي استوجبه حق الرعا والدبّ عن
الحريمه به استوجبوا بدبٍ عنهم كل مكروه
ويدخل لهم في كل مرفق حتي يكونوا
المسلمين شركا فيما لهم وفيما عليهم ولهم ان

تحمل من امر النكاح شططاً ولا برادوهم ولا
يكرهوا اهل البنت منهم علي تزويج المسلمين
ولا يضاروا فى ذلك ان منعوا خاطبا وابوا تزويجاً
فان ذلك لا يكون الا بطيب انفسهم وسماحة
اهوايهم ان احبوه ورضوه واذا صارت
النصرانية في بيت المسلم فعليه ان يرضي
هواها في دينها من الاقتدا برويسها والاخذ
بمعالم دينها ولا يمنعها في ذلك ولا يكرهها
علي تركها ولا يضاراها في ترك دينها فان
فعل ذلك وكرهها عليه فقد اخلف عهد
الله وعصي ميثاق رسول الله وهو عند الله
من الكافرين ولهم ان احتاجوا الي مرمّة
كنايسهم او صوامعهم او شيء من مصلحة

دينهم الي موفدٍ من المسلمين او معونة علي
مرمةٍ ان يرفدوا علية ويعاونوا ولا تكوّنوا
ذلك دينا بل معونة لهم علي مصالح دينهم
ووفايهم بعهد رسول الله هبة موهبة لهم ذمة
الله وذمة رسول الله عليهم ولهم ولا يكون احد
منهم ان يكون بين المسلمين ولهم عدو
وقالوا كن رسولا او دليلا اومسخرا اوفي شي
مما يقوم الحرب فمن فعل ذلك باحدٍ كان
ظالما ولرسول الله عاصيًا ومن وصيته مختلفا
هذا شروط الذي شرط محمد رسول الله لاهل
الملة النصرانية واسرط عليهم في دينهم امورًا
في ذمتهم عليهم التمسك بها والوفا بما عاهد
عليهم ومنها ان لايكون احد منهم غبيا لاحد

من اهل الحرب علي احد من المسلمين في
سرٍ ولا علانية ولا بوفا في منازلهم ولا ياوا عدوا
لمسلمٍ ولا ينزل اوطانهم ولا في مساكن
عبادتهم ولا يزفدوا احد من اهل الحرب علي
المسلمين بقوة من عارية السلاح ولا الخيل ولا
الرجال ولا يستودعوا لهم مالاً ولا يكاتبوهم ولا
يصافحوهم الا ان يكون في دارٍ يدبون فيها عن
انفسهم يدرون علي دمايهم ورعاية دينهم ولا
يمنعون احد من المسلمين قراة ثلاثة ايام
وليالها لانفسهم ولدوابهم حيث كانوا واين
وجدوا ويبدلون لهم القري الذي منه
ياكلون ولا يكلفوا علي ذلك فيحملوا الاذيه
عنهم والمكروه فان احتيج الي اختفا احد من

المسلمين في منازلهم ومواطن اعمارهم ان
يودوهم ويفدوهم ويساوهم عمّا شق به ما كانوا
مختفين اذا كتموا عنهم ولم يظهروا العدو
علي عورتهم ولم يخلوا من الواجب عليهم في
ذلك فمن نكث منهم شيا من هذه الشروط
وتعداها الي غيره فبري من ذمة الله وذمة
رسول الله عليهم بذلك العهود والمواثيق التي
اخذت عن الاحبار والرهبان والنصاري من
اهل الكتاب واشد ما اخذ الله النبي علي
امته من الايمان والوفا بذلك اين كانوا وحيث
وجدوا وعلي رسول الله الوفا بما جعل لهم علي
نفسه وعلي المسلمين رعاية ذلك لهم وسعزهم به
والانتهاء اليه ابدا احتي تقوم الساعة وتنقضي

الدنيا واشهدوا علي هذا
الكتاب الذي كتبه محمد رسول الله بين
النصاري الذي اشرط عليهم ولقب لهم هذا
العهد

ابو بكر الصديق عمر بن الخطاب
عثمان بن عفان علي بن ابي طالب
معاويه بن سفيان ابو الدردا
ابو اذر ابو هرين
عبدالله بن مسعود عبدالله بن العباس
حمزه بن عبد المطلب فضيل
زيد بن ثابت عبدالله ابن زيد
حرفوس بن زيد الزبير بن العوام

سعد بن معاذ ثابت بن قيس

اسامة بن زيد عثمان بن مطعون

عبدالله بن عمر العاص ابن ربيعه

حسن بن ثابت جعفر بن ابي طالب

ابن العباس طلحه بن عبدالله

سعد بن عباده زيد بن ارقم

سهل بن بيضا داود بن جبير

ابو العاليه ابو احريفه بن عسير

هاشم بن عسيه عمار بن يامين

كعب بن مالك كعب بن كعب

رضوان الله عليهم اجمعين

وكتب معاويه بن ابي سفيان من املا رسول الله يوم الاثنين تمام اربعة اشهر من السنة

الرابعه من الهجن بالمدينه وكفي بالله
شهيدا علي مافى هذا الكتاب والحمد لله
رب العالمين

ختم في مدينة باريس المحروسة علي يد الحقير
انطون ويتراي المسلط علي طبع
الملك الافخر الاعظم الاوسّر
ملك فرانسه
سنة الف ستماية وثلاثين لسيدنا
يسوع المسيح